



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro Dvci Et Consiliariis Venetorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

PATERARCHÆ ET CÁPITVLO
Antiochenis.

Epiſt. 177.
De præbenda
quadam An-
tiochena.

Conſtitutus in noſtra pŕefentia dilectus filius I. Diaconus nobis humili-
tr supplicavit qud cū in Antiochena Ecclesia per novem annos & amplius in regime
ſcholarum & diuinis officiis fideliter ſervierit & devotè, diaconatus ordinem ſuſcipiens in eadem, iſum in Canonico-
num ejusdem Ecclesiæ recipi faceremus. Quia verò ei non ſolū venerabiles fra-
tres noſtri Patriarcha Hierofolymitanus & Tripolitanus & Antaradensis Epifcopi per litteras suas, verū etiam tu, frater Patriarcha, per tuas laudabiles teſtimoniū perhibes, aſſerens qud niſi propositum aſſumptuſet redeundi ad propria, cū tibi, frater Patriarcha, & vobis, filij Capitulum, ſervitium ejus gratum eſſet non modicū & acceptum, poſſet apud vos de facili beneficium adipisci, cū dignum ſit ut ubi laboraſſe diſoſcitur, ibi pro labore ſtipendium confequatur, devotio-
nem veſtrā rogandam duximus & mo-
nendam, per apostolica vobis ſcripta man-
dantes quatenus ob reverentiam apostoli-
licæ ſedis & noſtrā, necnon ejusdem pru-
dentiam, iſum recipiatis in Canonico-
& in fratrem, ei ſtallum in choro & locum in Capitulo aſſignantes. Alioquin vene-
rabiſſi fratri noſtro Sidonienſi Epifcopo & di-
lectiſſi filiis Priori ſancti Michaēli & Can-
tori Tripolitano damus noſtris litteris in
mandatis ut vos ad id, niſi aliiquid canonico-
um obvieret, per cenfūram ecclieſtaſticam
appellatione remota compellant. Tu de-
nique, frater Patriarcha, ſuper te ipſo &c.
Datum Laterani iv. Kal. Februarij, pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

Illis ſcriptum eſt ſuper hoc.

GRIMALDO ET SOCIIS
ſuis cruceſignatis.

Epiſt. 178.
Ut votum ſuū
exequantur.

Cum in cruce Domini noſtri Iefu Christi gloriari oporteat Christianos, eis non deerit doloris materia dum lignum ſalutiferæ crucis, in quo ſalus mundi peperdit & æternæ mortis chirograp-
hum vita moriendo delevit, ſub manu te-
netur hoſtili, ſepulcro dominici corporis glorioſo uincuſe factō inglorio & ab im-
piis prophanato. Venerunt ſiquidem gen-
tes in hereditatem dominicam, & loca ſancta proles polluit Chananaea. Sed cū in Christo ſimus heredes, ſatis in publico noſtrum, ſi volumus, videmus opprobrium, eo qud hereditas noſtra vera eſt ad alie-

nos, & domus noſtræ ad extraneos devene-
runt; & ſic nobis injuriarum actions abun-
dant, cū & dominicas persequi teneamur
& noſtras omittere minimè debeamus; ne in
illo miñus devoti & in nobis confides repu-
temur, ſi ſuper hoc non exſolverimus Do-
mino debitum, & intereffe neglexerimus noſtra fidei ſpeciale; pŕefertim cū eti-
utriuſque merita ſe contingant, utraque
tamen felices & ſuos habet effectus, eò
qud in hujusmodi caſu cauſa Dei tempo-
ralis honoris commodum non excludit, &
noſtra æterna gloriae pŕamio non priva-
tur. Vnde ferventer & provide currendum
eſt in hujusmodi ſtadio, ut tale poſlit bra-
vium comprehendī; feliciter & conſtanter
eſt in hoc agone pugnandum, ut tanti pŕe-
mij corona ſequatur. Quapropter gaudere
potestis in Domino vobis eſſe divinitus, ſi-
cū credimus, inspiratum ut vos ad tanti
Regis devoveritis obſequium, ſigno crucis
aſſumptu in ſubſidium terre ſanctæ, ibi
peregrinaturi pro Domino ubi Rex Re-
gum & Dominus dominantium dignatus
eſt peregrinari pro ſervis, ut eos ſuperna
patria cives & æterna beatitudinis face-
ret coheredes. Eia igitur, viři prudentes,
jaclate in Domino cogitatum, & ipſe di-
riget gressus veſtros, non in viribus veſtris
ſive prudentia, ſed in illius potentia & mi-
ſericordia confidentes qui currum & exer-
citum Pharaonis projeſit in mare, glorio-
ſus in ſanctis ſuis, & in maſtate mirabilis,
cuſus verbo ecli firmati ſunt, & cū im-
perat mari & ventis, ceſſat tempeſtas. Nec
eſt vobis de adverſa partis multitudine de-
perandum, ſi puro corde praelium Domini
ſabaoth curaveritis praelari, memores
qud in Gedeonis praelio ſub brevi ſatiſ
numero ſuum Dominus reſtrinxit exerci-
tum, & de inermis funda David emiſſi la-
pides armati Philistiſi ſuperbiā depreſſe-
runt. Ceterū cū procedatis in Domi-
no parare viam exercitui generali, ea re-
miſſionis & immunitatis gratia voluſum vos
gaudere quam in generalibus * litteris du-
xiſimus exprimendam. Datum Laterani xv.
Kal. Martij, pontificatus noſtri anno ſex-
todecimo.

NOBILI VIRO DVCI ET
Confiliaris Venetorum.

Cum in cruce Domini &c. ut ſupr̄a uſ-
que debeamus. Sanè dilectus filius no-
bilis vi Grimaldus de Monte Silicis &
quamplures ſocij ſui zelati Christianæ gen-
tis honorem, humeris ſuis ſigno crucis im-
preſſo, ſe devoverunt ad obſequium cru-
cifixi,

copī &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum x i. Kal. Martij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*ARCHIEPISCOPO LVNDENSI
apostolica sedis Legato.*

Inter cetera devotionis obsequia quæ tenentur Episcopi & præcipue Archiepiscopi sedi apostolica tamquam matre fideli exhibere, hoc unum præcipue debet esse, ut ad Concilium veniant evocati; ad quod Archiepiscopi juramento praefito sunt astricti. Vnde plurimum admiramus quod te super hoc excusare aliquatenus voluisti, cum etiam non vocatus deberes modis omnibus laborare ut tam sancto Concilio interesses, ad quod ex omni parte cum desiderio multo current Principes & Pralati & totius cleri generaliter flos & decus, ut tot & tantos patres conscriptos ad ædificationem suam videre valent & audire, ac mereantur esse participes orationum suarum & bonorum omnium quæ sancta synodus duxerit statuenda. Non ascendas igitur in cor tuum vel cuiusquam Pontificis aut Praelati ut tam ignominiosam maculam in gloria sua ponat quod se à tanta solemnitate ac opere sic necessario & tam pio qualibet occasione subducatur: quia præter inobedientia culpam & pœnam, indignationem Dei & nostram & confusione incurrit ac opprobrium sempiternum. Ideoque per apostolica scripta mandamus & districte præcipimus quatenus tam tu præcipue quam certi Ecclesiæ Pralati per tuam provinciam constituti juxta primi mandati nostri tenorem à Kalendis Novembribus proximò nunc futuris usque ad annum, sive per mare, sive per terram, quounque modo poteritis, ad sedem apostolicam venire pro viribus laboreis. Speramus enim in Domino quod interim ille qui potenter imperat ventis & mari, frementis freti fluctus sedabit, ut fiat optata tranquillitas navigantibus, & inimicos reducat ad pacem, ut fiat iter agentibus via tuta. Ad hanc, quoniam consimiles litteras venerabili fratri nostro Archiepiscopo misimus Vpfalensi, fraternitatì tuae per apostolica scripta mandamus quatenus ei & suffraganeis ejus districte præcipias ut usque prædictum terminum quounque modo poterint ad apostolicam sedem venire pro viribus elaborent. Sanè quia, ut afferis, ad cricis negotium promovendum tibi non sufficit evenctionum numerus nostris litteris designatus, & usque ad tricesimum numerum

*Eps. 182.
Vt veniat ad
Concilium ge-
nerale.*

cifxi, Hierosolymam profecturi, ut ibidem sub crucis vexillo militent Deo Regi, qui pro nobis triumphavit in cruce. Verum cum ipsi non in viribus suis nec virorum multitudine, sed in illius potentia confidentes qui currunt & exercitum Pharaonis projectit in mare, glorioſus in sanctis, & in majestate mirabilis, proponant cum cautela procedere ac parare viam exercitiū generali, nobis cum multa devotionis instantia supplicarunt ut cum navigio egeant, super hoc vobis scribere dignaremur. Porro à tanti Regis obsequio manus vestra non debet esse remota, quoniam sic causa Dei agitur quod cujuslibet fidelis commoditas geritur in hoc casu. Abfurdum quoque videretur & absonum si prudens potentia & potens prudentia vestra, quæ in multis temporalibus eminet, latearet, quod absit, in negotio Iesu Christi, ubi dum temporale præstatur obsequium, æterna felicitatis premium expectatur. Eia igitur, viri prudentes & providi, ad factum tam laudabile auxilij manum porrigit; ut predicti crucesignati pro competenti naulo vestro navigio transeat, vel de vestra licentia naves emanat à Venetiis, quibus valente transfretare. Verum quia jacula imprimævia plus nocent, transitus talium ante tempus in publicam deduci non debet notitiam; ut prælium Domini eō salubrius prælientur quod minus præscientie clypeo adversarij fuerint præmuniti. Datum ut supra.

*ARCHIEPISCOPI ET
Episcopis per Lombardiam & Tusciā
constitutis.*

*Eps. 180.
Soper codem.*

Quam laudabile, quam pium & favabile pro subsidio terræ sanctæ propontum lator præsentium nobilis vir Grimaldus assumperit, ipsius relatione poteritis edoceri. Cum igitur res sit digna favore, immo dignissima, universitatì vestra per apostolica scripta mandamus quatenus habentes ad illum respectum cuius causa specialius geritur in hoc casu, opem detis & operam ut viros inveniat secundum cor suum, cum quibus in divina virtutis potentia quod pio concepit proposito in subdium terræ sanctæ salubri perseguatur effectu. Ceterum quia prævia jacula minus nocent, expedit ut quod idem vobis fecerò retulerit in publicam non deducatur notitiam ante tempus; ut dante Domino exequatur efficacius quod intendit quod minus adversarij fuerint præmuniti. Vos denique fratres Archiepiscopi & Epis-

Tom. I I.

NNNN